

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

~~ib. Esau Ward.~~
Febr. 7. 1648. — } prnt: 3.⁷

НБ ОНУ імені С.С.Мечникова

№ 141

218 1.

Список

наименований

НБ ОНУ имени И. Мечникова

ΣΤΟΙΧΕΪΩΣΙΣ
ΤΗΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ
πίστεως, ἢ Κατηχισμός.

Ἰστέον ὡς περὶ τὴν κατηχισμὸς ἀπὸ τοῦ σωλομώτερο.
καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς περὶ τὸν πύπθ.

ELEMENTARIA
TRADITIO CHRISTIANO-
rum fidei, aut Catechismus.

HVIC NUNC APPPOSITVS EST
*Catechismus alius magis compendarius, & Eccle-
siasticarum precum formula.* 212

Omnia è Græco in Latinum sermonem conversa cum familia-
rissima etymologiæ & Syntaxeos interpretatione, sic tamen
temperata, ut mediocriter etiam provec̄tis nō ad Græ-
cæ linguæ cognitionem conferre possit.

Synonyma & locutiones, quibus res eadem varie & eleganter
ab auctore expressa est, in operis finem referuntur.

PER
TUS. BERCHETUM
Lingonensem.



*Si sese haud facile possunt demittere magni,
Hoc, quod cernis opus, crede mihi, haud facile est.*



LONDINI.

Impensis J. D. sumptibus R. Whitakeri]
M. DC. XL. VIII.

Εἰς τὴν ταυτῶν τῶν συντάγματι ἐκτυγχάνοντα
ἔφησον.

Βέρχλι ⊙ πόδε σοι σμικρὸν τεχνῆσαι, ἔφησε,
Ἐργον παντοδαπῆς ἕδρις ἔων σοφίης,
Οὐκ ἄκησεν ἔμωσ ἀτε δὴ σοι κέρδος ὀφέλλειν
Κ' ἔχ' αὐτῶ δόξαν βελόμεν ⊙ ποιεῖν,
Σωχράτε ⊙ ξηλῶν ὀμαι τρέπον, ὅποτε βαιοῖς
Παισὶν ὀμιλῆν' ἔφασιν ἐρυθρίασαι.

Joannes Cameronus Scorus
Glascovanus :



TUSS. BERCHETUS
Sedanensi scholæ S.



UBITANTI mihi cuiam
potissimum grammatikas ha-
sce commentatiunculas nun-
cuparem, Primus ille, ut no-
mine, loco & dignitate, sic
meritis occurrit Illustrissi-
mus, & multis planeque heroicis virtutibus
insignis, Buillonius Princeps, quum meo, tum
omnium de rebus ac personis vere sentientium
iudicio, non isto duntaxat, vilissimo certe mu-
nere, sed eruditissimo aliquo *κερυμλιω* longe
dignissimus. Sed cum tenuior sit curtioreque
ingenii nostri supellex, quam ut gravius &
tanto heroi convenientius quidquam proferre
possit; Ineptissimus equidem & decori om-
nino ignarus sim, si inconditas & pueriles
nostras nugas illi obtudam. Si tamen quali-
cumque nostra cultura, vel divino potius be-
neficio, lautior aliquando cultioreque illa evase-
rit, cavebo quidem certe diligenter, ne mihi
hac etiam in parte defuisse videar. At enim
quum à Principe nostro discessi, quemadmo-
dum ex propinquis amicisvè omnibus (quos
tamen omnes habeo charissimos) nemo mihi
est filio propinquior & carior; sic ille præ ce-
teris unus pro tam arcto necessitudinis pie-
tatisque in illum paternæ vinculo, hujus mune-

P R Æ F A T I O A D

ris prerogativam, sibi jure vindicare potuit; ut, si non multarum, quæ hæc tempora & mihi abstulerunt, & illi inviderunt, opum; at hujus saltem monumenti hæres citra cujusquam invidiam aut injuriam habeatur. Equum præterea videbatur, ut hoc etiam dono paternum in illum amorem apud posteros (si modo tam acidus insipidusq; fructus ætatem ferre longiusculam possit) testarer & comprobarem; acceptum verò detrimentum nonnihil solaret ac sarcirem. Sed ne hæc quidem causa, etsi justa, satis vehemens visa mihi est, quamobrem quod toti huic scholæ multis nominibus debeo, id ego tui, licet filio, eique unico darem. Magnam quidem vim, magnam etiam necessitatem mutua patris filiique φιλοσοφία & jus sanguinis habet: sed quod ingenio satum, cultumque & adultum est, omnia ista conjunctionis & cognationis vincula juraque vincere, præcipuumque apud nos proculdubio momentum habere debet. An non autem Schola hæc qualemcumque istum ingenii nostri factum meritissimo sibi asseret, quæ me undis civilibus religionis specie concitatis toties ætatum sinu suo excepit, in tranquillissimo portu opportunissime collocavit, aluit, curavit, ornavit, & quantum rerum humanarum fert natura, supra spem meritumque meum beavit? Scholam ergo Sedanensem isto, quamquam levidensi & crasso filo contexto, munere non donem, in qua ego, quicumque sum, si modo aliquis sum, puerilis Institutionis fundamenta jeci? quam ego primus, principis Buillonæ pientissima & illustrissima hæ-

roint

roinae auspiciis & liberalitate, imprimisque D.
 Cappelli, veri illius parentis, moderatoris vi-
 gilantissimi, sapientissimique Legislatoris, nec
 non reliquorum doctissimorum & ornatissi-
 morum virorum consilio, hortatu, ductuque
 aperui? cui ego, ex ipsorum voluntate & au-
 ctoritate supra quinque lustra jam praefui; in
 qua tot tantisque divini verbi praecones, The-
 ologos, judiciorum praefectos, oratores, Phi-
 losophos, medicos, professores, qui & in Ec-
 clesia, & in foro, & in Academia, & in tota de-
 nique Rep. magna sui nominis laude, Seda-
 nique nostri ornamento & gloria florent, ut
 potui optime formavi & erudivi; atque nostra
 fide ac vigilantia, ut ad altiore eruditionis
 ac dignitatis gradum aliquando eveherentur,
 si quidem suam cum nostra diligentiam con-
 jungentes, & se & me quoque ipsum superare
 certatim contenderent, effeci: Enimvero ego
 te (ut ad te mea sese jam convertat oratio) o
 verè nostra, nostraque, secundum Cappellum
 illum, disciplinae alumna Schola, cui plurimum
 debeo, quae mihi quoque aliquid debere videris,
 nunquam obliviscar & negligam: ego ti-
 bi nunquam pro tuis meritis, aut certe pro
 meis quantuliscumque facultatibus ingratus
 ero; immo gratiam tibi maximam semper
 habebo, testificabor, & quam potero cumula-
 tissime referre conabor. Quod si conatui no-
 stro deerit successus, at animo non deerit un-
 quam fides, non cura, non diligentia, non tui,
 si non pro dignitate ornandi, at pro mea parte
 juvandi studium. Eruditissimi quidem profes-
 sores Academiam suam doctissimis praedictio-
 nibus

P R Æ F A T I O A D

nibus & gravissimis lucubrationibus ornabunt studiosissime, & honorificentissime amplissimeque celebrabunt. Ego te autem, mea Schola, mea summa delicia, cura, studio, labore, officiisque omnibus prosequar: daboque in hanc exercitationem tuique culturam ita studiose operam, ut & Principis munificentia, & tuae expectationi, & mea quoque fidei munerique aliquatenus respondiſſe videar. Id autem dum in tuam gratiam singulis utcumque diebus molior, & in alio aliquanto difficiliore opere, omni ope atque opera enitor, tu hoc quale est cumque munusculum, verum mei in te amoris *φιλοσώων τε καὶ τεκμήλειον* a quo animo accipe; ea tamen lege, ut, quemadmodum filius, cui illud uni *πατέρος καὶ κρείως* debetur, de suo jure pro sua in me observantia decedens, operis *χρήσιν* tibi non invitatus concedit; sic tu pari candore affecta, ejus *κτῆσιν* illi minimè inideas: non iniquum esse ducens, ut quod utrique aequè elaboratum est ac debetur, illud etiam aequè utrique cedat. Quod quidem si tu, mea Schola, dulce decus meum, lubens mihi largieris, facies profecto pro tua ista benignitate, ut hujus tuo nomine suscepti laboris me nunquam poeniteat: ego quoque de officii laude tecum certamen, pro singulari mea in te benevolentia, perpetuaque tui curam faciam, ut tu me nunquam, tum meminisse, tum amare desinas. Hoc postremo à te peto, ut quo potissimum nostri labores, praecepta & cohortationes spectarunt, eo quoque studia tu referas. Dei nimirum gloriae, cui nata & altissima, celebranda, atque publica rei dignitati & utilitati

SEDAN. SCHOLAM.

utilitati amplificandæ totis viribus inservire
enitaris & contendas. Hoc enim sedulo serio-
que si præstiteris, ita demum labores tuos
Deus bene fortunabit, reque amplissimis sui
spiritus donis abunde cunulabit; quibus tu
freta & subnixâ vives ac florebis; debitum tot
pro te captis laboribus præmium persolves,
promeritam tuis auctoribus ac moderatoribus
gloriam referes; atque adeo tuam ipsius nec
vulgarem laudem ad sempiternam memoriam
propagabis. Tu jam suavissima charissimâque
nostra schola, diutissime ac felicissime Vale,
atque diligentia, fide & industria ad tuorum
curatorum ac moderatorum voluntatem te
conformans, toto animo & studio ad Dei glo-
riam, reique publicæ dignitatem atque utilita-
tem, (id enim sæpius repetendum est) incum-
be. Sedani, Calend. Aprilibus 1603.

IDEM

IDEM LECTORI.

QUum bello civili Gallia tota flagraret, perquam multi Sedanum tanquam in a sylum libertatis & religionis in summum discrimen adducti ergo constiterent: Ex iis non pauci pii & eruditi viri in scholam nostram a cerna maxime ventitantes, multis variisque sermonibus tum gravibus, tum lepidis, animi vel erudiendi vel à molestis studiisq; gravibus reficiendi gratia ultro citroque habitus, quasierunt à me aliquando, quid de Catechismo Graci ab Henr. Stephano conscripti didicerent sentirem, ut illic ne pueris praelegi posset, non ob rem tantum ipsam, sed ob orationis etiam genus. hoc quum illis essem assensus, subiecerunt, videri sibi graecam versionem, ob luxuriantem verborum copiam, & elegantissimam locutionum varietatem, in qua mirum quantum exercebat Stephanus, à Latino, & ita dicam, primigenio auctoris sermone multum in locis ita distare, ut Latina oratio in graeca explicanda, parum iis adjumenti adferret, qui in Graecis minimum versati, graeca cum Latinis conferre vellent. Id quoq; ipsum annuente, ab iisdem sum rogatus, ut quantum mihi esset à quotidiano penso otii, id ego ad sublevandam rudiorum ignorantiam conferre non gravarer. Neque solum, sed ut majori uberiorisq; fructu fieret, totum etiam opus interpretatione familiari illustrarem, ut qui non multum nec in discendo, nec in docendo promovissent, meo illo adjumento usi, temporis & laboris

LECTOREM.

compendium aliquod in utroque facerent. Sic enim mecum agebant boni illi viri, quasi tam facile id ego prestare possem, quam cupide ipsi a me peterent; in hoc sane, longe mihi plus tribuentes, quam in me vere agnoscam & postulem. Quum igitur hesitanti mihi animum adderent, hortarenturque ne sibi recusarem, quod rei literaria profuturum arbitrarentur, adeoque in se reciperent; hic ego plus ipsis, ut corvus ille Aesopicus vulpecula, quam mihi de me credens, nec ulla quidem gloriola, quam neque tantilla res promeretur, neque ingenium meum appetit, spe abreptus, sed pueritia pro virium modulo nonnihil juvande cupiditate motus, passus tandem sum eos, quod tam officiose deprecarentur, a me impetrare, ne pertinaciori mea recusatione, meam magis inertiam aut arrogantiam prodere, quam virium imbecillitatem excusare viderer.

Habes jam, lector, suscepti operis causam, Doctorum videlicet, meique, amantium & pietatis publicaeque rei studiosorum virorum flagitationem, quorum consilio & auctoritati diutius refragari nefas propemodum putarem. Huc accessit meum puerilis institutionis aliquantum (ipsorum quidem iudicio) promovendae studium, & certa, quam mihi afferebant, spes. Quam equidem non prorsus quoque vanam credens, an libellus a me tandem absolutus edi posset, tentavi non semel, sed frustra; renitentibus meo proposito & illorum expectationi non paucis, quas bellum identidem inferebat, difficultatibus; itemque nominis mei obscuritate, in ea commentationis utilitate, & typographo-

PRÆFATIO AD

rum privato quæstui, cuius spes alicunde major affulgeret, inbiantium libidine. Vnde factum, ut meus ille longior certe quam difficilior aut fructuosior labor pro derelicto à me habitus, in pulvere & situ hæctenus jacuerit, donec amici eo iterum me perpulerunt, ut evulgandum illum curarem; scriptis ultro ad Typographum literis, quibus faces illi ad id suscipiendum addebant; spem illi injicientes, libellum istum non pueris tantum Græca linguæ rudibus necessarium, sed iis etiam, qui aliquem in ea profectum fecissent, nec ingratum nec inutilem fore. hæc nimirum fuit illorum cohortatio; hæc hujus spes fuit; hæc mei quoque ipsius persuasio fuit, & nimia fortassis in credendo illis, obsequendoque facilitas. Nam dixerint multi, quamquam tu non prorsus insuliciter in opere isto versatus fueris, quid tamen fuit opus, nedum necesse, istam scholiorum fraginem nobis obtrudi, qui sexcentis ejusmodi obruamur, & à gravioribus legendis ac meditando sapissime avocemur? Equidem eruditiorum in hoc genere labores non modo non obscurare cogito, sed vereor etiam, ne nostri præ illis omnino vilescant & sordeant: immo & cachinno sibi loque à quibusdam explodantur. Sed ut opera, in quibus interpretandis labor ponitur, varia sunt; Sic non sunt eadem interpretum ingenia, non eadem vires, non eadem animi, fines & consilia. Mihi certe in hoc non minus eleganti, quam pio libello seu transferendo seu explicando, hoc maxime propositum fuit, græca pæne ad verbum exprimere, ut cum Latinis facilius & utilius ab iis confer-

LECTOREM.

rantur, qui hocce adminiculo, quamvis imbecillo indigent, & sine quo in Graecis literis discendis sudent multum frustra; laborent; aus certe parum admodum promoveant, quum pleriq; omnes, tum ii maxime, qui viva praeceptoris voce destituti, in reb. aut perspicuis aut non ita obscuris sic haerent & allucinantur, ut quae quibus anteferant, quae quibus cohereant ac respondeant, quam in interpretando viam insistant, quoniam se pacto è salebris explicent, prorsus ignorent: nisi commodum fidelemq; aliquem ducem sibi praesentem è vestigio sequantur. Ut autem Virgiliana illa Dido non ignara mali miseris libenter succurrebat, se adeo, laborantibus & vagis, sponte sua offerebat, ut aut errantes in viam reduceret, periculisque eximeret, aut rerum egenis praesentem opem ferret, aut animi inopes confirmaret: sic ego expertus olim, quanto in minimis etiam indagandis, perscrutandis, eruendis, & enodandis labore, nec magno successu desudarim, quanta egritudine affectus, quanto tadio, animique dolore pluteum cadens, id studium pane abjecerim: existimavi opera me precium aliquod facturum, & nonnullam ab iis, qui in lingua graeca peregrini prope sunt & hospites, intrum gratiam, si viam virgultis, spinis, rubis, ac dumis obsitam, ipsis aperirem planamque & expeditam redderem. Horum itaque rationem potissimum hic habens, singula quae illustranda viderentur, illustravi, atque ad Clenardum ejusque interpretem Antesignanum, qui jam omnium manibus teruntur, & à quibus hac semel petita repetenda iis necesse

PRÆFATIO AD

rio sunt; revocavi in paginam & lineam quo-
 que quasi in fontem digitum intendens, ut,
 quoad erit in meis annotationibus additum, ma-
 gis confirmetur; quod omissum, inde supplea-
 tur; quod obiter notatum, apertius explicetur.
 Idem de Budæi, quem interdum laudo,
 Commentariis dictum velim. Istam autem ni-
 mis fortasse puerilem, & pusillulam quoque
 interpretationis rationem ridebunt, scio, ac re-
 spuent nonnulli: sed ii, quicumque sunt, ag-
 noscant hæc sibi non præcipi, sed illis, quorum
 olim similes ipsi fuere, rudibus videlicet &
 ἀναλφάβητοις, qui prima Græca lingua rudi-
 menta vix attigerunt: in quibus erudiendi
 eandem ferè rationem mihi sequendam duxi
 quam nutrices, quæ mansa omnia in os pueri
 infantibus inserunt, ut ea illi facilius concu-
 quere, & solidiori cibo utilius assuescere pas-
 latim queant. Verum enimvero, ut infans
 non est semper vagiendum, rependum, balbu-
 tiendum, & pulticula utendum: sic in alu-
 nis nostris formandis, præter ea quæ ad curam
 Grammaticam spectant, addo alia quadam
 quæ ipsis tam provectioribus & ultra primas
 illas literas paulum aliquid progressis præsti-
 tura sint: usque adeo sane, ut, si per ea
 quantum edocti, alios quoque docere velis
 ad id multo certius felicisque aggredi possis.
 Hanc autem qualemcumque tum versio-
 num explanationem si tibi, candide lector, ni-
 hil placere, aut non plane displicere senseris,
 tu græcas Budæi epistolas à me Latine
 versas, & quantum in me quidem fuit,
 negligenter expositas brevi, Deo danste,

LECTOREM.

bis, ex quibus multa, quæ hic desiderantur,
 expromas. Quemadmodum verò in minimis
 quibusque excutiendis longior fortasse, &
 quam docuit, accuratior fuisse videbor; sic in
 repetitionibus verendum profecto mihi est, ne
 immodicus quoque fuerim, sed illud meo inge-
 nio consilioq; tribues: hoc memoria imbecilli-
 tati condonabis: cogitans, graviolem culpam
 esse, majoremque jacturam, scitum aliquid di-
 gnum silentio prætermittere, quam semel jam
 dictum repetere: præsertim quum ejusmodi
 accessio nec lectori multum laborem, nec operi
 magnam molem additura sit. Cæterum, de nu-
 meris adjicienda pauca putavi, in tenuiorum,
 quibus librorum facultas non est, subsidium:
 ut ne numerorum, qui in hoc libello interdum
 occurrunt, explicationem longius & laborio-
 sus arcessere cogantur: adhuc, præcipua di-
 cendi genera à meis discipulis collecta, sed à me
 tum recognita, tum in commodiorem usum di-
 gesta singulis sectionibus subjeci: synonyma
 verò, & locutionum varietatem, elegantem
 sane & admirabilem, in operis calcem rejeci:
 unde appareat, quam fecunda sit Græca lin-
 gua supellex; quam facunda Stephani nostri
 lingua: quam suavis denique, tersus, lectusque
 dignus hic libellus. Id quod etiam ex Budaëo
 ipso planius, ut spero, pleniusque tibi consta-
 bit. Hoc te postremo, benevole lector, moni-
 tum velim, ut ubi numeros, quibus pagina &
 linea notantur, suppresso auctoris nomine of-
 fenderis, scias Clenardum aut Antesignanum
 significari, ne frequentior eorum inculcatio
 quibusdam risum, aliis fastidium, velut crams-
 be

P R A E F A T I O A D

be recoëta, pariat. Verum, ne tuum legendi o-
peris desiderium diutius remorer, addere his
plura desinam: si prius tamen à te petiero, ut
quidquid in mea seu vertendi seu interpretan-
di ratione immutandum, addendum, detraben-
dumve censueris, de eo me candidè admoceam,
ne ad eundem bis lapidem alias offendam. Vale
charissime lector, & hisce in tuam gratiam ex-
aratis meditationibus tamdiu fruiere, donec
sine cortice nare ipse, & tua unius industria
fretus, graviora percipere, tractareque possit.
E. Museo nostro, Sedani 5. Id. April. 1603.

Audi hæc, amice, & alto conde pectore.
Quotquot Platonis, aut alius nomine
Sophi cluebant sæculis prioribus,
Ejus studebant dogmata perdiscere,
Nec quemquam eorum profiteri, propalam
Puduit magistrum. At tu Platonis illius
Insignis haud es nomine, nempe ut fuit
Mortalis, ille sapuit mortalia,
Veramque lucem mente cæcus nesciit;
Præstantiore sed tibi à didascalo
Christo tributum nomen est, qui neutiquam
Nos erudiuit artibus, quæ gloriam
Pariunt apud homines (Sophus ad quam unis
Collineabat qui que) seu vitalibus
Nos disciplinis imbuuit & artibus:
Quæ luminis callem, & salutis indicent,
A qua virorum tanta vis prudentium
Erravit. Et has disciplinas negligis?
Fors hunc vocare te pudet Didascalum?
Cujus pudet te nunc amice, illum time
Trematis olim fortè ne pudeat tui.

Hæc vertebat ex tempore eruditissimus adolefcentis
& Græcæ linguæ peritissimus
JOHANNES CAMERONI
SCOTUS.



1 ΣΤΟΙΧΕΙΩΣΙΣ ELEMENTARIA
 2 τῆς 3 Χριστιανῶν 4 πίσεως, traditio Christianorum
 ἢ 5 κατηχησμός. fidei, aut Catechismus.

6 ΤΟΥΤΩΝΥΝ ΠΡΟΣ- ΗΝΙC ΝΗΝC ΑΡΡΟ-
 7 ΕΤΕΔΗ κατηχησμός 8 ἄλλος situs est catechismus alius
 9 σωτομώτερος. magis compendiaris.

In Inscriptionem.

1 ΣΤΟΙΧΕΙΩΣΙΣ, εως, ἢ. Id est, διατίπῳσις, ἢ 1 Στοιχειώσις:
 πρώτη μέθισις, Informatio, aut prima disciplina, vel
 doctrina elementorum, & primorum rudimentorum
 traditio; secundæ declinationis contractorum, ut πόλις,
 apud Antesign. pag. 36. vers. 9. fit à στοιχείω elementa
 2 στοιχείω. tradi, artis incunabula seu principia doceo: à cuius præ-
 3 στοιχείω. teriti passivi secunda persona ἐστοιχείωται, sublato aug-
 4 στοιχείω. mento, & mutato αι in ις fit στοιχείωσις, apud Antesign.
 pag. 126. vers. 6. στοιχείω autem fit à στοιχείον, τὸ, Id est
 5 στοιχείον. elementum: & metaphoricῶς cujuslibet rei & artis prin-
 6 τῆς, ἑ. c. Articulus modò additur, modò
 7 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 8 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 9 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 10 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 11 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 12 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 13 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 14 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 15 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 16 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 17 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 18 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 19 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 20 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 21 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 22 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 23 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 24 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 25 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 26 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 27 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 28 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 29 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 30 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 31 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 32 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 33 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 34 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 35 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 36 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 37 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 38 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 39 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 40 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 41 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 42 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 43 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 44 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 45 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 46 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 47 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 48 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 49 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 50 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 51 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 52 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 53 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 54 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 55 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 56 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 57 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 58 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 59 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 60 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 61 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 62 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 63 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 64 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 65 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 66 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 67 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 68 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 69 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 70 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 71 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 72 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 73 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 74 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 75 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 76 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 77 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 78 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 79 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 80 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 81 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 82 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 83 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 84 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 85 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 86 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 87 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 88 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 89 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 90 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 91 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 92 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 93 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 94 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 95 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 96 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 97 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 98 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 99 τῆς, ἑ. c. Articulus modò
 100 τῆς, ἑ. c. Articulus modò

πισοί
πίσις

Accentus mu-
tatio Attica.

κατηχισμὸς
ἢ κατήχισις.

κατηχητής ἢ
κατηχισίς
κατηχέω ἢ
κατηχίω.
ἤχος, seu ἤχη.

ἑτέρω
Composita re-
gunt casum suae
praepositionis.
ἑτεροῦ

τέθειμαι.

ἑτέδω
Praeteriti passivi
& Aoristi
primi penulti-
ma eadem.

gis dicitur fides: hinc *πισοί* & *πισεύοντες*, vulgò fideles & credentes; *πίσις* autem fit à *πείδομαι* persuadeor, credo, *πισέω*, à cuius 3. persona praeteriti passivi *πέπισται* τῷ *πε* augmento, & *ε* è penultima rejectis, tum *αι* in *ι* mutato ut *πίσις*, *ι*ϑ, & Atticè *εως*, retracto accentu in antepenultimam, licet ultima longa; quod fit in dictionibus Atticis 2. declin. contractorum, & 4. simplicium, Antesign. pag. 221. vers. 20. Casus autem Atticos & oratorios hujus declinationis vide in annotatione nostra sub finem Clen. pag. 14. vers. 1. Cæterum de formatione verbalium à 2. persona & 3. satis erit hoc bis docuisse. *κατηχισμὸς*, ὅ, ut λόγος 3. declinat. simplicium, Antesign. p. 15. 23. Idem quod *κατήχισις*, ἢ, Institutio & quidem peculiariter ea, qua scientiæ alicujus *σοιχίω* πρώτα, id est rudimenta prima traduntur: Idem quod *σοιχέωσις*. Sed jam in Ecclesia dicitur καὶ ἑξοχίω (per excellentiam) ea Institutio, qua prima Christianæ religionis rudimenta docentur: Qui id facit, dicitur *κατηχητής* & *κατηχιστής*, ὅ, Idem quod *σοιχιωτής*, à *κατηχέω*, idem quod *κατηχέω*, in sono, ejus auribus quem docere volo aliquid in sono: quasi dicatur, viva voce doceo. Derivatur enim ab ἤχη ϑ, υ, ὅ, seu ἤχη, ἡς, ἢ, id est *sonus*. Formatur autem *κατηχισμὸς* à prima persona praeteriti passivi *κακατήχισμαι*, rejecto augmento, & *μαι* in *μει* verso. sed de hac verbalium formatione a prima, 2. & 3. persona praeteriti passivi, ne idem sæpius mihi inculcandum, consule Clenard. pag. 126. v. 1. & sequentibus. *ἑτέρω* (ab ἔτε ϑ *αὐτῆ* τῶτο, Clen. p. 110. v. 26.) derivus, à *ἑτεροῦ* ratione praepositionis *ἑτός*, id est, *alius*. Nam verba sæpe regunt eundem casum cum praepositione cum qua composita sunt, ut postea passim videntur: Clenard. p. 278. vers. 16. *ἑτεροῦ* autem, est accessit adjunctus, adjectus, additus, aut, ut verbi exprimam, appositus est. Nam *τίθειμι* pono, praeteritum passivum *τέθειμαι*, *τέθεισαι*, *τέθειται*. (Clen. p. 26. v. 17. & p. 108. v. 21. & sequente.) Vocicè *τέθειμαι*, ut in activo *τέθεικα*, pro *τέθεικα*. Clen. p. v. 29. & p. 105. v. 12. A *τέθειται* autem fit aoristi primus passivus *ἑτέδω*, pro *ἑδείδω*, dempto *ι* praeteritorum formam (nam praeteriti passivi, & aoristi praeteriti eadem est penultima, paucis exceptis, de quibus Clenard. p. 153. v. 2. & seq.) & *θ* mutato in *τ*, ne dux aspirans

simul conjunctæ κακοφωνίαν pariant. Nam Aoristus primus pass. definit in *ἔσω*, Cl. p. 108. v. 27. ⁸ Ἄλλως, η, ο, ut *ἐκείνος*, Cl. p. 110. v. 32. vel ut *καλός, ἡ, ὄν.* Clen. p. 118. v. 11. detracto *υ* Atticè Cl. p. 129. v. 21. ⁹ Σωτομώτερος, α, ον, ut *ἀνθηρὸς*, Cl. p. 118. v. 6. Id est Concisior, vel magis concisus, aut magis compendiarius, brevior *βραχίων*, magis succinctus. Comparativus à positivo *σωτόμωθ*, ὄ, κ, ἦ, ο finali mutato in *ω*, ob penultimam brevem, Clen. p. 122. v. 12. à *σὺ*, cum, & *τέμωθ*, ε, ὄ. Idem quod *τομή*, frustum, vel pars sectione ablata, sectio, *τμήμα*, τὸ, (at *τοιμὸς* scindens, acutus, *ὄξυς*) à *τέμνω*, id est seco, præteritum medium *τέτομα*, mutato *ε* in *ο*, quod fit Atticè in præterito activo & medio verborum dissyllaborum primæ, & secundæ conjugationis. Clen. pag. 72. v. 27. & pag. 144. v. 30. & pag. 152. v. 6. Substantivum autem compositione plerumque fit adjectivum, ut *τόμωθ*, *σωτόμωθ*, sic *λόγωθ*, *ἄλογωθ*, &c. *σωτομῶς* εἶπεν breviter & quasi concisè dicere, *σωτομῶς*, α, ἦ, concisa bevitatis, compendium.

⁸ Ἄλλωθ.

⁹ Σωτομώτεροςθ.

σωτόμωθ.
finale positivὸν
quando mutatur
in ω in
Comparat.

τόμωθ
τομή
τμήμα
τοιμὸς
τέμνω

εἰν ο mutatur
in præterito.

Substantivὸν
compositione fit
adjectivum.

σωτομῶς.

ΕΡΡΙΚΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΣ
τοῖς χριστιανοῖς τῶν χριστιανῶν
παίδων διδασκάλοις
² χαίρειν.

HENRICUS STEPHANUS
Christianis Christiano-
rum puerorum præ-
ceptoribus Salut.

⁵ Πολλὰς ἄλλας καὶ ἄλλας
⁶ καὶ τῶν παίδων δι-
δασκαλίαν ⁷ τε καὶ ⁸ παι-
δευσιν νοσῶσιν ⁹ οἱ καδ' ἡ-
μῶς ¹⁰ χερόνοι ¹¹ νόσοις, ¹² μίαν
¹³ ἢ ¹⁴ πᾶσάν ¹⁵ χαλεπωτάτην
¹⁶ καὶ ¹⁷ βαρυτάτην ταύτην, ¹⁸
ὅτι ¹⁹ τὸ πρᾶγμα τάλον τῆς
διδασκαλίας ²⁰ μέγας, καὶ ²¹
ἀσθενῶν ²² ἀρχὴν ποιῆσθαι ²³ ἐ-
χέτω, ²⁴ τῶν παιδευόντων
οἱ μὲν ²⁵ ἐδ' ἐν λόγῳ, ἐδ' ἐν
ἀειθμῶν τίθενται, οἱ δ' ἐν
προσπαταλήμαλος ἢ παρ-
αρήμαλλοι ²⁶ μοῖρα ἀγν-
τες ²⁷ φαίνονθ.

A Liis quidem atque
aliis in puerorum do-
ctrina & institutione la-
borant nostra hæc tempora
vitiis, sed uno omnium
perniciosissimo & gravissi-
mo, hoc videlicet quod
potissimam illam doctri-
næ partem, & à qua inici-
um facere oportebat, ex
iis qui pueros instituunt
hi quidem nullo in loco
nec numero ponunt, illi
verò in accessionis aut co-
rollarij loco habere viden-
tur.

B 2

Γα

In Henrici Stephani Epistolam.

¹ διδασκάλους ¹ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΙΣ, ut λόγοις, διδασκαλ^o
 autem magister, proprie literarum aut morum: &
 generaliter quicumque rei alicujus autem docet à quibus
 διδασκαλία, as, ή, doctrina, disciplina, ἀγωγή, παιδεία,
 διδασκω, παιδεία: & διδασγμα, τὸ, paulò post, documentum:
 à διδάσκω, doceo, sed tanquam διδάχο. Clen
 p. 102. v. 35. pro παιδων διδασκάλους autem unico verbo
 dicitur etiam, παιδαγωγούς. ² χαίρειν, Salutandi formula
 apud Græcos in Epistolarum fronte hæc sunt, χαίρειν, ὡς
 πράττειν, ὑγιαίνειν, id est, gaudere, bene agere, valere:
 in quibus subauditur, ὡς χεῖται, id est, precatur vel optat.
 Latini horum loco usurpant, ut plurimum, Salutem, ut hic
 verto, χαίρειν, quod proprie est gaudere. ³ Πολλὰς μὲν καὶ
 ἄλλας νόσους νοσῶσι, (hæc enim ita jungi debent) ad
 verbum, multis quidem atque aliis morbis laborant: quod
 videtur vernaculè potius, quam Latine dici, *pluribus & aliis*.
 nisi ita interpretari velis, multis quidem etiam aliis: vel cum
 multis etiam aliis, tuas &c. Vel aliis quidem multis. Hoc
 verò dicendi generum rarò reperiri puto. Sic tamen Plato in
 Apologia hæc duas voces conjungit: ἅ δὲ πολλὰς καὶ ἄλλας καὶ ἀγαθὰς
 ἀνδρας ἤρηνεν. id est, quæ nimirum multis etiam aliis bonis
 viris exitium attulerunt, & Hom. Iliad. δ. πολλοὶ δὲ
 ἀπεκτείνοντο καὶ ἄλλοι. id est, multi autem circum interficiebantur
 & alii, vel multi etiam alii interficiebantur. Latini autem dixeris,
 multis quidem atque aliis.) Nam ἄλλοι Græcè, ut Latine alius,
 id etiam significat. Πολὺς, πολλή, πολὺ, πολλῶ, πολλῆς, πολλῶν, &c.
 Id est, multus, & aliquando magnus: quo sensu potest hic accipi,
 magnis atque variis morbis seu vitiis, &c. ⁴ πολὺς a. vide Clen
 p. 136. v. 6. ⁴ μὲν, quidem, prior loco ponitur, ὃ
 verò posteriore, exponuntur aliquando, non solum, sed etiam,
 cum, tum, ut hic verti potest, quæ interpretationis
 varietas necessaria est non ad ornatum tantum, sed ad
 illustrandam etiam aliquando orationem, & tedium, quod
 eadem vox toties inculcat, parit, discutiendum. hic
 tamen, ut & proximo loco, vulgarem interpretationem
 retinui. Præter Henrici Stephani thesaurum, vide Wolffii
 accuratas annotationes.

διδασκαλία
 διδασκω
 διδασκω
² χαίρειν
 Salutandi formula apud
 Græcos.
 ὡς πράττειν,
 ὑγιαίνειν.

³ πολλὰς μὲν.

ἄλλοι
 πολὺς, ή, ε.

⁴ μὲν & ὃ

nes in Isocratē statim initio, ubi hæc de re plura. $\chi\tau$ $\tau\omega$, &c. $\chi\tau$ hic, circa, id est, in, ut apud Aristotelem $\chi\tau$ $\epsilon\iota\kappa\alpha\tau'$ $\epsilon\upsilon\phi\omicron\rho\chi\lambda\omega$ νόμοι, Leges quæ sunt circa excessum, id est, in excessu, quomodo Quintilianus, præcipue circa partis hujus præcepta elaboravit. Clen. p. 285. v. 15. $\epsilon\tau\epsilon$ particula copulativa enclitica, utque apud Latinos, vel, &, geminatum, sequente χ , ut $\zeta\eta\tau\epsilon\chi$ δ' $\epsilon\chi\epsilon\iota$, & vivit, & bene habet, vel, vivit, atque bene habet. (Nam $\tau\epsilon$ aliquando vacat. (Sic $\kappa\alpha\lambda\omicron\varsigma\tau\epsilon\chi$ ἀγαθός, & honestus & bonus. Nunquam autem $\tau\epsilon$ præcedit in oratione, sed sequitur semper. $\tau\epsilon$ $\pi\alpha\iota\delta\delta\omicron\varsigma$, εως, ἢ. ut $\pi\acute{\iota}\lambda\iota\varsigma$, idem quod $\pi\omega\delta\epsilon\iota\alpha$, ας, ἢ, & $\delta\iota\delta\alpha\sigma\kappa\alpha\lambda\iota\alpha$, ας, ἢ, secundæ declinationis simplicium) ut $\sigma\iota\lambda\iota\alpha$ Clen. p. 1. v. 26.) $\pi\alpha\iota\delta\epsilon\upsilon\sigma\iota\varsigma$ autem, id est, doctrina, institutio & disciplina, ipsa instituendi seu docendi actio, a $\pi\omega\delta\delta\omega$, initio tuo, proprie ut puerum : (fit enim à $\pi\alpha\iota\varsigma$ puer) & generaliter doceo. formatur à secunda præteriti passivi (ut jam dictum est) $\pi\epsilon\pi\alpha\iota\delta\delta\omicron\sigma\alpha\iota$. $\epsilon\iota\kappa\alpha\delta'$ ἡμᾶς $\chi\epsilon\iota\nu\omicron\iota$, subaudio ὄντες. Nam in articulo juncto præpositioni cum suo casu intelligitur commodum aliquod participium. Clen. p. 23. v. 30. $\chi\tau$ autem cum accusativo, ut $\epsilon\pi\iota$ cum genitivo (de quo postea) aliquando tempus significat, ut $\chi\tau$ δ' $\Sigma\omega\kappa\rho\acute{\alpha}\tau\iota\omega$, Socratis tempore vel ætate, $\chi\tau$ $\tau\omicron\varsigma$ $\pi\alpha\tau\epsilon\rho\alpha\varsigma$ ἡμῶν patrum nostrorum memoria. Simplicius hic dixeris, $\epsilon\iota\kappa\alpha$ ἡμῶν, vel ἡμέτεροι $\chi\epsilon\iota\nu\omicron\iota$, nostra tempora, id est homines nostri temporis, vel hujus ætatis quomodo Cic. O tempora, o mores. metonym. adjuncti pro subjectis rebus. In $\tau\omega$ $\chi\tau$ autem, eliso a per Apostrophum ob sequentem vocalem aspiratam, τ mutata fuit in θ . Clen. p. 6. v. 10. Observandum & hoc, periisse accentum unā cum vocali extrita, quæ illo affecta erat, quia $\tau\omega$ $\chi\tau$ indeclinabile est. At in dictionibus declinabilibus accentus rejicitur in penultimam, ut $\delta\epsilon\iota\upsilon\iota$ ἐπι, pro $\delta\epsilon\iota\upsilon\alpha$ ἐπι, gravia verba. Clen. pag. 7. 12. $\chi\epsilon\iota\upsilon\iota$ $\epsilon\tau\epsilon$ ὁ, tempus, id est, temporis intervallum. $\kappa\epsilon\iota\upsilon\iota$ Saturnus, poetis, auctor temporis. $\chi\mu\epsilon\iota\upsilon\iota$ ὁ, tempus, id est occasio, seu temporis opportunitas. $\nu\omicron\sigma\epsilon\iota\upsilon\iota$ νόσος, tam elegans Atticismus, quàm frequens : Atticè enim quodvis verbum admittit accusativum nominis à se deducti, ut $\gamma\acute{\alpha}\mu\omicron\varsigma$ $\gamma\alpha\mu\epsilon\iota\upsilon\iota$, $\lambda\acute{\eta}\theta\epsilon\upsilon\varsigma$ $\lambda\eta\theta\epsilon\iota\upsilon\iota$, $\alpha\rho\chi\eta\eta\iota$ $\alpha\rho\chi\alpha\delta\iota$. Clen. pag. 230. v. 13. $\nu\omicron\sigma\epsilon\iota\upsilon\iota$ autem νόσος, id est, νόσος vel $\epsilon\chi$ νόσος $\epsilon\chi\eta\iota\tau\iota$, morbis tenentur, aut mor-

$\chi\tau$ $\epsilon\iota\kappa\alpha\tau'$ $\epsilon\upsilon\phi\omicron\rho\chi\lambda\omega$ νόμοι, id est, in.

$\epsilon\tau\epsilon$

$\tau\epsilon$ $\pi\alpha\iota\delta\delta\omicron\varsigma$ $\pi\omega\delta\epsilon\iota\alpha$

$\pi\alpha\iota\delta\delta\omega$ $\epsilon\iota\kappa\alpha\delta'$ $\epsilon\tau\epsilon$.

In articulo $\epsilon\tau\epsilon$ præpositione cum suo casu participium intelligitur.

$\chi\tau$ cum accusativo $\epsilon\pi\iota$ cum genitivo tempus significant.

Accentus cum vocali perit in indeclinabilibus: In declinabilibus autem rejicitur in penultimam.

$\chi\epsilon\iota\upsilon\iota$ $\epsilon\tau\epsilon$ $\chi\mu\epsilon\iota\upsilon\iota$.

$\nu\omicron\sigma\epsilon\iota\upsilon\iota$ $\nu\omicron\sigma\omicron\varsigma$, $\nu\omicron\sigma\omicron\upsilon$ $\nu\omicron\sigma\epsilon\iota\upsilon\iota$, Atticismus.

νόσθ
 νόστω
 νόσπερς
 νόσείν.

bis laborant: quomodo etiam loquitur infrà Sectione
 47. extrema, & Sectione 37. νόσθ enim ἢ, ut ὀβ
 (Clen. p. 15 v. 24.) morbus, ægrotatio. νόστω labora
 νόσπερς ægrotus. At νόσθ metaphorice, vitium, pec
 catum, error; ut νόσείν etiam, errore aliquo labora
 de quo iterum infra initio Carminis Iambici. hic igitur
 νόστος νόσείν, id est, πλανᾶσθαι, ἀμαρτάνειν, errare, peccare
 falli, φαῦλον ἦθθ ἔχειν ut Suidas interpretatur, νόσ
 ἔχειν, vulgò, s' abuser faillir, avoïr une mauuaise coustume,
 ou façon de faire. Itaque non malè hic fortasse veritas
 neglecto Atticismo, multis modis errant, vel multis
 tiis laborant, (ut loquitur Livius) servata utrobique
 metaphora: aut denique mutata syntaxi, multis modis
 in puerorum institutione his temporibus peccatur. Nam
 videtur hæc esse auctoris sententia. 11 μίαν θ, sub
 νόσον, eodem casu, cum antecedente, νόσον. Clen. pag.
 230. v. 15. ἓς, μία, ἓν, unus, a, um. Cl. p. 27. v. 15. &
 120. v. 14. 12 πασῶν genitivus pluralis fœminini gen
 ris, subaudio, νόσον, à superlativo χαλεπωτάτω; no
 minativus singularis πῶς, πᾶσα, πᾶν. Clen. pag. 118.
 26. 13 χαλεπός (quod finale ο mutatur in ω, ob penul
 timam ε brevem, ut jam dictum est) id est difficilis
 ἐργασίθ: ut illud τὰ καλὰ, χαλεπὰ, Ardua, quæ pul
 chra. Et metaphoricè ut Latinis, pro δεινός, gravis
 perniciosus, noxius, sævus, infestus, acerbus, durus, me
 lestus, & alus: ut apud Plutarchum χαλεπώτερον per
 quomodo hic veni potest, pessimo, id est, pernicioso
 simo, vulgò, la plus sâcheuse ou pernicieuse, la pire de tout
 14 βαρὺς, βαρύτερθ, βαρύτερος, idem. 15 ὅπ, quod,
 quia. At ὅπ, quod relativum, cum distinctione, ad disti
 nentiam, ne alterum pro altero sumatur. Clen. p. 115. v.
 16 τὸ προυργιάτων &c. id est potissimam illam, (ad
 emphasi. nam τὸ hic non vacat; & res ipsa id satis ob
 cer) vel, longè præcipuam illam, & inprimis necessa
 riam doctrinæ, aut institutionis partem, quæ nobis præ
 cipuæ curæ & commendationi esse debet, quæ nobis
 debet nobis esse charius & antiquius. à Comparatione
 προυργιάτων, ut γρηϊότερον & γρηϊότατον. Attici enim
 à quibusdam positivis in αίθ formant comparativa &
 superlativa in αίτερος, αίτωθ, pro αιώτερθ & αιώ
 τωθ per syncopen & elisionem τῶ ο. Clenard. pag.
 125. v. 45. utrumque tanquam à προυργιάτος: cuius
 scilicet

11 μίαν θ
 εἰς
 12 πασῶν
 χαλεπωτά
 τῶ
 13 χαλεπός.

14 βαρὺς.
 15 ὅπ
 ὅ, π
 16 τὸ προυργια
 τῶν.

αίματος pro
 αιώματος.
 Attice.

scilicet nullum exemplum extare puto, sed pro eo dicitur *πρῆργον*, quasi *πρὸ ἔργου*, contractione Attica (de qua vide Clen. p. 155. v. 25. & sequente) id est ἀφελές ἢ ἀναγκαῖον, quod operæ pretium est ac prævertendum, & quasi ante aliud quodlibet opus faciendum, Gallicè *in avant senire*, quod in rem præcipuè est, ut infra *πρὸ ὀδῆ*.

17 *μέρος*, τὸ, primæ declin. contractorum ut *τῆχος*. Clen. pag. 35. v. 28. idem quod *μερίς*, *ἴδρις*, & *μοίρα*, *μοίρας*, ἢ *παίς*. hinc *μερίζω*, partior. 18 *ἀπ' ἑ*, subaudio *μέρος*, à qua parte, pro *ἀπὸ ἑ*, mutata tenui in densam, ut jam dictum, ob sequentem aspiraram; Nam tenuis tenuem, media mediam, & aspirata aspiratam præcedit. vide Clen pag. 6. v. 8. & Antesignani annotationem.

ὄς, ἦ, ὄ, qui, quæ, quod, articulus subjunctivus valens relativum. Clen. p. 114. v. 23. 19 *Ἀρχὴν ποιεῖν*, initium facere, ut Cicero, Quintilianus, & Livius. Dicitur & *ἀρχὴν λαμβάνειν*, initium sumere vel capere, *ἀρχαδαί*, *ἑξ ἀρχῆς*. hinc *ἀπ' ἀρχῆς ἀχει τέλος* ab initio ad finem. *ποιεῖν* autem voce media, significatione activa, pro *ποιεῖν*. Clen. p. 78. & sequente. 20 *ἔχων* pro *ἔχρω*, mutato accentu Atticè, & per aphæresin *χρῶν*, Clenard. pag. 225 v. 8. Imperfectum τῆ *χρῆμι*, *χρῆ* oportet, *δεῖ*, *πρὸς ἴσιν*. Clen. p. 219. v. 13.

21 *τῶν παιδόντων*, eorum vel ex iis, aut inter eos qui docent: qui genitivus pendet ab *οἱ μὲν*, *οἱ δὲ*, qui articulus præpositivus habet locum in divisionibus, & hic partitivè sumitur, pro *ἑτοίμω*, *ἑτοίῳ* hi quidem, illi verò: aut alii quidem, alii verò, ut mox *ἄλλοι μὲν*, *ἄλλοι δὲ*. Clenard. p. 115. versic. 9. Potest & dici *οἱ παιδόντες*:

Nam Græci partitionis genitivum in casum partium mutant. Clen. p. 228. vers. 31. Quia autem Græcis familiare est usurpare participia pro verbalibus, *παιδόντων* potest hic sumi, pro *παιδωντῶν*, id est, *διδασκάλων* magistrorum, præceptorum, genitivus pluralis à *παιδωντής*, ἑ, ὄ, doctus: at *παιδωντός*, doctus. 22 *οὐδ' ἐν λόγῳ* &c.) ut dicitur *λόγον ἔχειν ἢ ποιεῖν*

πνθ rationem habere alicujus, vel eum curare, *faire ou tenir conte de quelqu'un*: sic etiam *ἐν ἑδρῇ λόγῳ τίθεσθαι*, ἢ *θεῖναι* dicitur, nullo loco, Vel in nullo habere. Infra sect. 19. *ἑδρῆς ἀξίον λογίζεσθαι*. Eadem etiam forma dicitur *ἐν ἑδρῇ ἀριθμῷ τίθεσθαι*, nullo numero, & in nullo numero habere aut ponere. *ἀριθμὸς α. ὄ*, id est, numerus.

21 *τῶν παιδόντων*, eorum vel ex iis, aut inter eos qui docent: qui genitivus pendet ab *οἱ μὲν*, *οἱ δὲ*, qui articulus præpositivus habet locum in divisionibus, & hic partitivè sumitur, pro *ἑτοίμω*, *ἑτοίῳ* hi quidem, illi verò: aut alii quidem, alii verò, ut mox *ἄλλοι μὲν*, *ἄλλοι δὲ*. Clenard. p. 115. versic. 9. Potest & dici *οἱ παιδόντες*: Nam Græci partitionis genitivum in casum partium mutant. Clen. p. 228. vers. 31. Quia autem Græcis familiare est usurpare participia pro verbalibus, *παιδόντων* potest hic sumi, pro *παιδωντῶν*, id est, *διδασκάλων* magistrorum, præceptorum, genitivus pluralis à *παιδωντής*, ἑ, ὄ, doctus: at *παιδωντός*, doctus. 22 *οὐδ' ἐν λόγῳ* &c.) ut dicitur *λόγον ἔχειν ἢ ποιεῖν* *πνθ* rationem habere alicujus, vel eum curare, *faire ou tenir conte de quelqu'un*: sic etiam *ἐν ἑδρῇ λόγῳ τίθεσθαι*, ἢ *θεῖναι* dicitur, nullo loco, Vel in nullo habere. Infra sect. 19. *ἑδρῆς ἀξίον λογίζεσθαι*. Eadem etiam forma dicitur *ἐν ἑδρῇ ἀριθμῷ τίθεσθαι*, nullo numero, & in nullo numero habere aut ponere. *ἀριθμὸς α. ὄ*, id est, numerus.

17 *μέρος*.*μερίς.**μοίρα.**μερίζω.*18 *ἀπ' ἑ.*

ὄς, ἦ, ὄ.

19 *Ἀρχὴν**ποιεῖν.**ποιεῖν.*20 *ἔχων.*21 *τῶν παιδόντων.**διδόντων.**ὄ μὲν, ὄ δὲ**Genitivus partitivè positus, in casum partis mutatur.**Participium**pro verbali.*22 *οὐδ' ἐν**λόγῳ.**λόγον ἔχειν, ἐν**λόγῳ τίθεσθαι.**ἢ similia.**ἀριθμὸς π.**μερος.*

rus, metaphoricōs pro honore & existimatione. Cicerō
 Quem locum apud Casarem obtinisti? quo numero fui?
 quā existimatione? quo gradu dignitatis? Vide apud Erul-
 mum, *Megarenses neque tertii neque quarti*: In homines
 supra modum ignavos & contemptos, nulloque honore
 dignos. *Τίθενται* autem vocē media, significatio
 activa, pro *τιθείσι* ἢ *τιθέασι* Ionice. Clen. pag. 95. & *θε-
 εδεις* verò (ut *εις*, de quo paulò ante) quali *εδεις* *θε-
 εδεις* ne unus quidem, id est, nullus, *μηδεις*. Clen. p. 27.
 15. & seq. 23 *μοίρα*, *ας*, ἢ, ut *ἡμέρα*. Clen. p. 14 v. 26
 à præterito medio *μέμοιρα*, τὸ *μείρω*, ε in o mutata.
 Clen. p. 72. v. 27. quod penultima disyllabi futuri *μεί-
 ρω*, *μείρω*, *μείρω*, partior, divido, *μερίζω*, ἐν *μοίρα* *μερίζω*
 ἢ ἐν *μείρω* *ἀγειν* τὶ, ἢ *τιθέναι*, ἢ *ἔχειν*, id est magni mo-
 menti loco aliquid habere ἐν *μοίρα* τινὸς *τάπειν*, in loco
 alicujus censere, id est, æstimare, habere vel reputare.
 Hic ergo ἐν *προσκαταβλήματι*, &c. Id est, in corollari-
 arii & appendicis loco; aut (omissâ præpositione
 corollarii & appendicis vice vel instar habere; quo utro-
 que verbo significat rem aut supervacaneam, aut non
 valde necessariam, & qua facile carere possimus, quæ
 utilitatem, dignitatem aut salutem non admodum facit
 at, ut mox *παρέρχον*. Contra τὶ *παρέρχον* ἢ *ἀναγκαῖον*
 & infra, *ὡς ὁδὸς*. Etenim, *προσκαταβλήμα*, τὸ, (ἢ
βήμα 5. declinationis simplicium Clen. pag. 19. v. 13.)
 accessio, corollarium, accessio sortis, *προσαγωγὴ*, *πρὸς*
δίκη: à *βάλλω*, sed tanquam *βλέω*. Clen. pag. 187.
 v. 8. *παρόρθημα* autem, τὸ, est quicquid ab alio depe-
 det, & illi annexum est, ut appendix à *περιεργείω*, sub-
 tendo à cingulo. *ἀπαρτῶν* fit ab *ἀρῶ* apto, *ἀρῶ*
 2. *ὅτι φαίνον*), id est, quod videntur, aut videantur, *ἀ-
 κῆσιν ἀργυρῶν*, *ἔχοντες*, pro *ἀγειν*. Nam participium præ-
 infinitivo ponitur cum verbis affectionem animi signifi-
 cantibus. Clen. pag. 221. v. 25. *ἀγειν* autem, ut *ἔ-
 χειν*, cum ἐν & διὰ positum, sæpe exprimitur per habere
ἀγειν τινὰ ἐν τιμῇ, & διὰ πρῆς *ἔχειν*, habere hono-
 rem alicui, vel in honore habere aliquem porro, ut *ἔ-
 χειν* & *ἔχειν* ἐν *προσκαταβλήματι* *μοίρα* *ἀγειν*, sic sectione 20. *ἔ-
 χειν* & *ἔχειν* ἐν *ταξεί τελεῖων ποιείτω*, id est, in perfectorum loco ha-
 bere, eadem ratione & constructione,

τίθεν) pro
 τιθείσι.
 εδεις
 23 μοίρα

ἐν μοίρα ἔχειν
 & similia.

Corollarium
 & appendix.

προσκατα-
 βλήμα.

παρόρθημα.
 παρέρχον.
 24 φαίνονται.

Participium
 cum infinitivo.

ἀγειν & ἔχειν
 cum διὰ & ἐν

Τῶν γὰρ ¹ χριστιανισμῶ
 διδασκάλων ἀλλοί μὲν
² τοῖς παισὶ ἐμεταδιδάσκουσιν
⁴ ἕδὲ καὶ ἀλλοί ἢ ἐν τῇ τῆς
 ἀνθρώπων διδασκαλίᾳ
⁶ ἐδουλίαν ἀκείβειας ἢ ὑπερ-
 βολὴν ὁ ἀπολείποντες, τὰ
⁹ θεῖα ὡς ἐν ¹⁰ παρόδῳ μό-
 νον καὶ ἐκπαρέργα, καὶ ὡς-
 περὶ ¹¹ ἀρροσιμῶν δι-
 δασκᾶσιν αὐτοῖς ¹² ὡρῶν
¹³ δ' αὖ ἐχοῖ ¹⁴ τὸ τῆς Ἀ-
 γάθων θ,

NAm Christianismi
 documenta alii qui-
 dem pueris impertiunt ne-
 gry quidem. Alii autem in
 rerum humanarum doctri-
 na nullam accuratationis ex-
 uperantiam relinquentes,
 res divinas tanquam in
 transitu solùm ac obiter, &
 quasi perfunctoria opera u-
 tentes, eos docent, de qui-
 bus rectè dici potest illud
 Agathonis,

Τὸ μὲν ¹⁵ παρέργον, ἔργον ὡς ποιούμεθα,
 Τὸ δ' ἔργον, ὡς παρέργον, ¹⁶ ἐκπονεύμεθα,
 Accessorium quidem, tanquam opus facimus:
 Opus verò, tanquam accessorium, conficimus.

¹ Χριστιανισμὸς pendet à διδασκαλίᾳ, & hoc à με-
 ταδιδάσκειν: verba enim participandi cum genitivo po-
 nuntur Clen. pag. 228. vers. 15. Χριστιανισμὸς autem ὁ, ¹ Χριστιανισμῶ
 Participandi
 religio Christiana, Christianæ pietatis professio, χει-
 ριστανικὴ ἐρησκεία ἢ δόξασμα, unico verbo, Christiani-
 smus, quomodo Latinis Theologis dicitur Paganismus,
 Judaismus, Mahumetismus, pro Paganorum, Judæo-
 rum, aut Mahumetis dogma, secta vel superstitio: &
 nos etiam vulgò, le Christianisme: fit à χειρστανίζω,
 (de quo mox) inserto σ in penultima præteriti passivi,
 quod fit quartæ conjugationis imitantis tertiam, Clen.
 pag. 63. v. 10. formatur à prima persona præteriti pas-
 sivi καχειρστανίσμαι. Clen. pag. 126. v. 3. Sic δίδασμα
 à δέδιδασμαι, præterito verbi δίδασκω sup. ² τοῖς
 παισὶ, pueris, dativus plur. à nominativo παῖς, δός.
 Clen. pag. 26. v. 23. Ac de formatione dativi pluralis
 nominum 5. declinationis simplicium vide Clenard. p.
 32. v. 32. & seq. ἐμεταδιδάσκει Ionice pro μεταδιδέσκει ³ μεταδιδάσκον
 μεταδίδωμι
 Clenard. p. 99. v. 29. & p. 105. v. 2. μεταδίδωμι, imper-
 tio, communico, cum genitivo rei, & dativo personæ,
 ut hic. Et apud Xenophontem καὶ τῶ βασιλεὺς μεταδι-
 δόναι τοῖς φίλοις. Molestiam cum amicis communicare
 oportet.

4 Οὐδὲ γῆδ

γῆδ ἢ γῆδ

γῆδω

5 ἀνθρώπων
ἀνθρώπος.
τὴ ἀνθρώπινα
τὰ θεῖα.

6 ἰδεμίαν
ἀκείβειας.
ὑπερβολῶς
ἀπολαίωψιν.

ἀκρίβεια
ἀκρίβεις.

ἀκρίβεις.

ἀκρίβειαν
ἀκρίβειαν.

7 ὑπερβολῆ.
ἐνδεία ἢ ἔλ-

λειψίς

oportet. Dicitur & μεταδιδόναι χερσίων τινι, Aurum alicui impertire. Unde autem δίδαγμα & quid, in Epistola dictum est. 4 Οὐδὲ γῆδ. Proverbialis dicitur forma, Ne gry quidem, pro ne minimum quidem, & tantillum quidem; Infra sectione 16. & 45. Οὐδὲ γῆδ, Vide Erasmus. γῆδ enim seu γῆδ minimum quiddam significat, ut fōrdes unguium, aut vocem suillam aut numisma minutissimum: unde γῆδω vox ficta per onomatopœiam, grunio (quod est porcorum) ac proinde hisco, mutio. Poteram autem hic vertere, ne minimum quidem, ut proverbium id significat; seu maxime ipsa proverbii verba retinere, ut & Ennius ait eodem sensu, ne my quidem, ut græcè εἰδὲ μὲν, vide proverbium. 5 ἀνθρώπων, ἢ, ὄν, humanus, ab ἀνθρώπων, ἢ, ὄν, ἢ homo. Clen. p. 128. v. 33. τὰ ἀνθρώπινα humana, & humanæ. hic significantur artes humanæ, vulgò, humaniores seu liberales dicuntur: quibus opponuntur mox τὰ θεῖα, divina seu res aut artes divinæ, nempe quæ Dei cognitionem & cultum pertinent, ut sacra Theologia. Illas autem appellat πάρεργον, has verò ἔργον. 6 Οὐδεμίαν ἀκείβειας &c. ad verbum, nullam accuratam exuperantiam relinquentes: ut Cicero. 5. Tu istam omnem virtutis exuperantiam oderunt, aut si quæ malit, tantam diligentiam adhibentes, ut nulla magis adhiberi possit; vel ea diligentia utentes, quæ nulla superari possit, aut ad quam nihil ab ullo addi possit videatur, vel ad accuratam diligentiam & summum studium nihil sibi reliqui facientes, ut Stephanus, qui hoc in legens dicendi genus ex Demosthene, Isocrate, Epicuro & Polybio imitatus est, ut videre est in ejus Theatro in τῷ ὑπερβολῆ. vide etiam Budæum Comm. pag. 46. ἀκρίβεια, ας, ἢ. 2 declin. simplicium ut φιλία, exacta & accurata cura vel diligentia, accuratio, τὴ ἀκρίβεις, τὴ ἀκρίβειας, & δι ἀκρίβειαν τὴ πρόβη, id est, ἀκρίβειαν ἐπιμελῶς diligenter & accuratè aliquid facere. fit ἀκρίβεις, primæ declinationis contraCTOR. (Clen. pag. 128. v. 1. & seq.) ut ἀκρίβεια ab ἀκρίβεις. Clen. pag. 128. v. 4. ab ἀκρίβειαν & βήτω. Nam qui est ἀκρίβεις accuratus, summum usque pervadit. hinc ἀκρίβειω accuratè aliquid facio. 7 ὑπερβολῆ (ut τιμὴ Clen. pag. 14. v. 25.) excellentia. Contra ἐνδεία & ἔλλειψις defectus. Item exuperantia vel exuperatio, Cicero, id est eminentia, excellentia.

ὑπεροχῇ, ἔξοχῇ, ab ὑπερβάλλω, supero, excello: cu-
 jus præteritum medium βέβηλα, tanquam à βολέω, ὑπερβάλλω.
 unde βολή. Quomodo autem verbalia formentur à præ- βολή.
 terito medio vide Clen. pag. 127. v. 23. ⁸ ἀπολείπω, ἀπολείποντες.
 relinquo, καταλείπω prætermitto, omitto. Quomodo ἀπολείπω.
 Cicero, neque nos studium exquirendi defatigati relin-
 quemus. Et Plinius de Apelle, tertio colore lineas secuit,
 nullum relinquens amplius subtilitati locum. ⁹ θεῖθ, 9 θεῖθ.
 α,ον, (ut ἀγιθ. Clen. p. 118. v. 6.) Divinus, à θεός, θεός.
 Deus, τὰ θεῖα, id est, τὰ τῶ θεῷ (subaudio ὄντα) vel τὰ θεῖα.
 τὰ χτῖ aut ὡς τὴν θεόν (ὑπάρχοντα) quæ Dei sunt,
 aut secundum Deum, aut quæ ad Deum, vel Dei cogni-
 tionem & cultum pertinent, divina vel res divinæ. Con-
 tra ἀνθρώπινα paulò antè & infra βιωπικῶ. ¹⁰ πέραδος ἀνθρώπινα.
 ἢ transitus à πέραθ trans, ultra, & ὁδός, via, ἐν πέραθω 10 ἐν πέραθω
 intransitu, Quintilianus. In transcurso, Plinius, id est πέραθθ.
 obiter, cursim. Dicitur & χτῖ πέραθον, & ἐν τῶ πέρα- ἀκείβως.
 θήκοιθ (contra ἀκείβως.) Eodem sensu hic dicitur
 ὁδὸν πέραθως, ἀμελῶς, obiter, negligenter. ¹¹ ἀφοσιώ- 11 ἀφοσιώ-
 μένοι, perfunctoria opera utentes, aut utendo: vel bre- μένοι.
 vius, perfunctoriè: sed volui participium exprimere. Est ἀφοσιώμαθ
 igitur participium præsens τῶ ἀφοσιώμαθ (ut χρυσώμαθ. ἀφοσιώμαθ
 Clen. p. 85. v. 25.) id est ἀφοσιώσεως ἔνικα τὶ ποίω,
 facio aliquid dicis causa, animi scilicet religione solven-
 di gratia, ut defunctus officio fuisse videar, nos vulgo,
par maniere d' acquit, pour descharger ou acquiter ma con-
science. Nam ἀφοσίωσις est expiatio, quæ fit ad animum
 religione absolvendum. fit ab ὅσιθ sanctus, vel ὅσια, ας, ἀφοσίωσις.
 expiatio καθαρμός. vide Budæum p. 285. & seq. Item ὅσιθ ἢ ὅσια.
 Stephanum in ὅσιος, & in ἀφοσιώω. ¹² ὡς cum genitivo, ἀφοσιώω.
 de. ὡν genitivus pluralis ab ὅς, ἡ, ὅ, qui, quæ, quod, suprâ. 12 ὡς ἂν.
¹³ ὡς ἔχει. quasi dicas, bene vel præclarè habet, aut se ha- 13 ὡς ἔχει.
 bet, id est convenit, quadrat: vel in quos cadit, aut de
 quibus illud Agathonis pulchrè aut meritò, vel rectè dici
 potest. Nam hoc ita vertit Cicero, ut docet Stephanus.
 At illud Platonis, ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος ὡς ἔχει, Nam sci-
 tum est vetus illud dictum: quomodo & hic verti
 potest, de quibus scitum est illud Agathonis. ¹⁴ τὸ pro 14 τὸ προποδοτο
 ποδοτο articulus pro demonstrativo. Clen. p. 114. v. 32.
¹⁵ πέραθρον, quicquid accedit ad opus, ornatus tantum,
 nec ullius necessitatis gratia. Plin. lib. 35. c. 10. Item 15 πέραθρον.
 quicquid dicendo tantum attingimus, aut præter rem
 ipsam

ἔργον.

ipsam dicimus, παρ' ἑπ θ. Contra, ἔργον, opus ipsius res necessaria, quod ad rem facit. hi autem in Agathonis versibus extant apud Athenæum libri 5. initio, quos sic verus interpres,

Operis loco ducimus accessorium,

Et in opere satagimus, ut accessorio.

